



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvinct. I. Quid sit census, & quotuplex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



siquidem posito errore vendis ad pretium vulgi aestimatione constitutum, Ergo pretio iusto. Ergo nullam contrahis restituendi obligationem. Sed verius est te in vitroque euentu restitutioni astrictum esse. Vt placuit Rebello 2. de obligat. iustit. lib. 9. q. 7. Ioanni de Salas tract. de empr. & vendit. dub. 38. num. 6. Etenim eiusdem rei nequit esse pretium iustum, & iniustum: at constat comparatione eorum qui falsis rumoribus de superueniente inopia, populum deceptum pretium auctum iniustum esse. Ergo etiam iniustum est comparatione tui tamen si fraudis expertis. Excusaberis tamen ab iniustitia, dum iniucibiliter ignoras mendacis pretium auctum fuisse. Ratio autem omnium est, quia augmentum pretij, quod falsis rumoribus, & medijs iniquis præter communem cursum introductum est, non est censendum voluntarie à Republica constitutum, ac proinde iniustum est censendum, vt colligitur præcitat. Doctores ex Doctrina Syluest. verbo usura 2. quæst. 1. dicto 2. Ioann. Lopez. 1. de contractib. cap. 47.

- 6 Supererat dicendum de negotiatione Religiosis, & clericis interdicta. Sed de hac re copiosè diximus 2. parat. 16. de statu religioso. disp. 4. num. 13. §. 3.



## DISPVATIO VI.

De censu, seu annuo redditu.

Census plerumque emptione constituitur, ideo post generalem de emptione, & venditione disputationem hanc instituimus.

## PUNCTVM I.

Quid sit census, &amp; quotuplex?

- 1 Vnde dictus est census?  
2 Definitur census secundum acceptionem in præsentem receptam.

1 **S** I primæ acceptionem spectemus census dictus est à censendo, seu aestimando, quia hominum patrimonium censendo aestimantur iuxta illud Cicero, de legib. ibi Censores populi, cunctas, soboles, familiasque censent. Etenim in Republica Romana bona cuiusque censabantur, vt iuxta eorum facultatem pensio & tributum in principis sustentationem, Reipublicæque defensionem imponeretur. leg. prima, leg. vicia leg. sim. ff. de censibus, leg. 1. §. seq. Cod. eod. tit. lib. 11. Vnde translatum est nomen census ad significandam ipsammet pensionem, & tributum iuxta illud Math. 22. licet censum dare Casari, an non? Apud iuris verò interpretes census sumitur pro pensione rei, seu personæ impostæ vt alicuius contractus, vel pro iure exigendi ipsam pensionem. Vt colligitur ex cap. peruenit de censib. cap. præterea de iure patronat. & tradit Nauarr. in cap. 1. de usuris. 14. quæst. 3. numero 69. Covarr. 3. var. cap. 7. numero 1. Aluar. Valasc. de iure emphyteutico p. 1. q. 31. Felician. in præmio de censib. Gapar. Rodrig. de annuo redditib. q. 1. numero 1. Auendaño de censib. cap. 1.

2 Sumptum censum in hac postrema acceptione communiter Doctores, Nauarr. d. comment. de usur. num. 69. Sotus, 6. de iustit. quæst. 5. ar. 1. Virginius de Bocatis tract. de censib. 1. p. numero 17. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 22. dub. 1. Rebello 2. p. de obligat. iustit. lib. 9. quæst. 1. Salas tract. 3. de censib. dub. 1. n. 2. & alij definiunt, vt sit ius percipiendi pensionem in fructibus vel in pecunia. Est enim ius quia constituto censu censuarius obligationem habet soluendi pensionem, & censitor ius illi exigendi. Hoc ius varijs modis constitui potest, & pro eorum diuersitate censuum species multiplicatur, de quibus latè Ludouic. Velazquez de Auendaño tractat. de censib. cap. 2. per totum. Sed quinque sunt modi quibus frequentius census constituitur legato, donatione, transactione, condemnatione, & emptione, ac proinde quinque sunt species census, legatarius, donatarius, transactionis, penalis & emptorius, de quibus sigillatim, sed præcipue de emptorio, quia de eo extraneæ Pontificiæ loquuntur, non de alijs.

## PUNCTVM II.

Qualiter census testamento constitutus licitus sit?

- 1 Census constituitur testamento potest.  
2 Statuuntur tres modi constituendi testamento censum, in quibus Doctores conueniunt.  
3 Cum legantur alicui mille, & interim ac non soluantur quinquaginta, plures Doctores reprobat horum quinquaginta receptionem.  
4 Sed verius est contrarium.  
5 In quibus usus fructus cum annuo legato conueniat, & in quo differat.  
6 Ex verbis testatoris colligendum est, an legatum sit usus fructus, an legatum purum.  
7 Cum legantur pensiones censu legatæ non decessit, sed decurrenda.

**C**ensum seu annuum, vel mensuram redditum testamento constitui posse firmantur tanquam certum alijs rebus Galpar. Roderic. lib. 3. de redd. quæst. 6. num. 1. Auendaño de censib. cap. 3. num. 1. Quia nihil obesse potest, quominus testator alicui annuum redditum ex suis bonis concedat, vt constat ex toto tit. ff. de annuo legato. Sed quia hic redditus diuersimodè concedi potest, præstat expendere frequentiores modos.

Primo concedere potest testator Titio agrum cum obligatione soluendi pensionem hæredi, de quo legato nulla est dubitatio, siue agri domini hæredi competat, siue Titio, nam quocumque ex his modis annuus redditus constituitur ex voluntate testatoris constituitur. Secundò grauari potest hæres annua pensione in fauorem Titij vel absolute, vel sub conditione quod Titius tantam pecuniam exoluerit. Quod non videtur illicitum, cum Titio libertas relinquatur legatum annuum acceptandi pecunia soluta. Tertio legari Titio mille possunt, vel quinquaginta annuatim. Quod legatum cum alienari non sit, & vnum tantum ex illis potest, non est vnde iniquitas oriatur, vt latè comprobatur Auendaño de censib. cap. 3. n. 7. Electio autem hæredi grauato competit, nisi contrarium testator significauerit. Imel tamen facta electione soluendi quinquaginta non est variationis locus. leg. huiusmodi. §. si Stichum. ff. de legat.

Quartò cum legantur mille, & interim ac non soluantur 50 legantur, graues Doctores sentiunt, legatarium vltimum committere recipiendi pensionem, & postmodum sortem. Etenim cum legatarius possit à morte testatoris sortem exigere, & noit, sed eius exactiorem differat solutione pensionis contentus, tacite sortem mutare vltus est pro pensione interim soluenda, atque adeo vlturam committere. Vt indicauit Vlpian. in leg. 3. §. si cui certa quantitas. Digestis de annuo legato. ibi Cui certa quantitas legatur, & quoad præterit in singulis annis, certum quid veluti vltus iusserit testator præstare &c. Et licet ibi certum legatum validum esse, attamen quoad vlturam valeat decernit quatenus modum probabilem non excederit. Cum ergo iure canonico, & diuino omnis vltura interdicta sit, consequens est legatum annuum recipi vltra quatuordecim legatum non posse. Atque ita tradunt post Bar. Bal. Salicet. & alios Covarr. 3. var. cap. 10. numero 9. Cagnol. leg. 2. Cod. de pat. inter emptor. & vendit. Gutier. in leg. nemo potest. num. 104. Dicitur de legato 1. Galpar Rodrig. l. 3. de annuo redditu. quæst. 3. num. 16.

Sed relictus contrarium docuerunt Felician. de censib. libro 2. cap. 5. numer. 5. Auendaño de censib. cap. 3. numero 14. & cap. 9. num. 20. eo quod legatarius pensionem non accipit ob sortem mutaram hæredi, sed ob dispositionem, & voluntatem testatoris determinantis, vt interim dum hæres non soluerit sortem, seu integrum legatum soluat pensionem, vel quasi in penam dilate solutionis sortis. Quæ pena ab vltimis voluntatibus non reprobat. §. fin. in fin. de legato. leg. 1. Cod. de his qui pœna nomine. vel quia verimque legatum mille absolute, & quinquaginta annua dom mille soluta non fuerint. Neque contrarium colligitur ex d. leg. 3. §. si cui Digestis de annuo legato. ibi enim solum reprobat legatum quoad vlturam excessum, id est quoad pensionem quæ excessus, & immoderata fuerit, nam cum hæc in penam non soluta sortis constituitur, culpa proportionari debet. Censuratur autem proportionari, si vltus iure cuius statutus constituitur. Secus esset dicendum, si admittetis vlturam quæque primo legatum fuisse, tunc enim nullus excessus cogitari potest.

Ex his inferitur validum esse legatum, quo testator vxori relinquit centum annua soluenda, interim dum hæres ab sortem non soluerit, quia vel illi redditus annui legatur absolute posito quod dos non soluat, vel in penam non soluta doris. Quocumque modo legatum intelligatur validum.